

Name \_\_\_\_\_ Date \_\_\_\_\_

## Final Test

Translate the following and answer the questions following.

Si linguis hominum loquar, et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æsonans, aut cymbalum tinniens.

Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Charitas patiens est, benigna est. Charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:  
omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Charitas numquam excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur.

Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.

Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quae erant parvuli.

Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria haec. Maior autem horum est charitas.

### Questions:

1. If charitas means “love”, what kind of love is described here?
2. What are some of the qualities one can have that are good, but worth less than love?
3. Shall we then give to the poor or learn every fact that is knowable?
4. Name some of the attributes of perfect love.
5. Will we one day learn of all that God means for us to know?
6. Describe one incident in your life that demonstrates real love to someone.

